

naventurae ex O. M. Card. Ep. Alban. dicti antea *Job. Fidantii*, et a Graecis *Eutyebii*, quin *Eustachii*, *Hetrusci*, in Concilio Lugdun. 1274. defuncti, praecipueque Asceseos cum Theologia scholastica conciliatoris *Scriptum in Librum II. Sententiar. Petri Lombardi*, quod init: *Solummodo hoc inueni, quod deus fecit hominem rectum* &c. et desinit: *secundum quod manifestat series duorum precedentium librorum, cui est omnis honor et gloria et laus et imperium per infinita secula seculorum amen.* Accedit *Quaestionum Tabula*. Ita etiam habes in Edit. *Opp. Lugdun.* 1668. T. IV. f.

DII.

U. 435 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 201. f. per duas columnas pereleganter descriptus, rubricis laetus, et Collegio Ducali quondam relictus ab *Jodoco Weiler de Hailprunna* T. D. et D. *Stephani* Canonico alterum est Exemplar *Bonaventurae in II. Sententiar.* integerrimum et Tabula *Quaestionum* stipatum. Codex hic uterque sub finem legit: *hominem rectum fecit, qui se infinitis questionibus miscuit peccatorum*, Editione citata rō peccatorum subprimente.

DIII.

U. 312 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 124. f. min. per duas columnas scriptus, et olim testamento *Jodoci Weiler de bail*

prunna saepius memorati relictus Collegio Ducali *Wienne* continet I. D. *Bonaventurae*, sive *Eutyebii*, *Eustachii*, alio nomine *Job. de Fidanza* O. M. Ep. Alban. et Card. inter Scholasticos *Doctoris Seraphici*, qui obiit in Concilio Lugd. a. 1274. *Commentarium in III. Librum Sententiarum Petri Lombardi.* Incipit is statim ab Art. 1. *Cum venit plenitudo temporis* &c. *Primo queritur, utrum diuina natura potuerit uniri cum humana. et uidetur quod non. Viri est pati* &c. Absunt igitur omnia illa, quae in Edit. *Opp. Lugd.* 1668. T. V. p. 4. praecedunt. Ita et in fine Codex in his verbis fistit: *triplicat sibi meritum et consolamen*; ubi Edita procurrunnt pluribus lineis: *Istud est complementum dubii literalis superpositi* &c. Clausula adjecta: *Expliciunt questiones principales tercij libri bonauenture. Deo gratias amen.*

II. fol. 83. absque Inscriptioe succedunt ab alia minuta manu *Capita XLI.* quibus diversae voces biblicae, et praecipue *Psalmorum*, distinguendo exponuntur, ut erat aeyum superius amans divisionum et subdivisionum numericarum. C. I. ita init: *Notandum quod est multiplicatio a deo et est multiplicatio ab homine* &c. Multiplicationem a Deo dividit in *multiplicationem mali et boni*, mali triplicem, videlicet *castigationis, comminationis et tribulationis* &c. Ita in C. II. agitur de *Stilla doctrine, gratie, culpe et pene*, in III. de *Lotione temporali et spirituali vel bona vel mala*, in IV. de *Signo ma-*